



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes**

**Vincentius <Lerinensis>**

**Coloniae, 1652**

Caput XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)



## CAPUT XIII.

**S**ed hæc forsitan perfunctorie pro-  
 locutus est, & humano potius  
 fudit impetu, quàm divina ratione  
 decrevit. Absit, sequitur enim  
 hoc ipsum ingenti molimine iude-  
 tæ insinuationis inculcat: Sicut pro-  
 diximus, inquit, & nunc iterum  
 co: Si quis vobis evangelizaverit  
 præterquam quod accepistis: an-  
 thema sit. Non dixit: Si quis vobis  
 adnunciaverit: præterquam quod  
 accepistis, benedictus sit, lau-  
 recipiatur: sed anathema sit, in quo  
 id est separatus, segregatus, excluden-  
 ne unius ovium dirum contagium  
 noxium gregem Christi venenosa  
 permixtione contamineat. Sed  
 tan Galatis ista tantum præcep-  
 ta sunt. Ergo & ista solis Galatis im-  
 rata sunt, quæ in ejusdem Epistolæ  
 sequentibus commemorantur: quæ  
 lia sunt hæc: Si vivimus spiritu  
 ritu & ambulemus Non efficiamus  
 inanis gloriæ cupidi, invicem pro-  
 vocantes, invicem invidentes. Ergo alic-



reliqua. Quod si absurdum est, & omnibus ex æquo imperata sunt; stat, ut sicut hæc morum mandata, ita etiam illa, quæ de fide cauta sunt, omnes pari modo comprehendat.

## CAPUT XIV.

ET sicut nemini licet invicem provocare, aut invidere invicem, ita nemini liceat præter id, quod Ecclesia Catholica usquequaque evangelizat, accipere. Aut forsitan tunc jubebatur, si quis adnuntiasset, præterquam quod adnuntiatum fuerat, anathemari: nunc verò jam non jubetur. Ergò & illud quod ait: Dico autem spiritu ambulante, & desiderium carnis non perficietis, tunc tantum jubebatur, modo verò jam non jubetur. Quod si impium pariter & perniciosum est ita credere necesse id sequitur, ut; sicut hæc cunctis ætatibus observanda sunt, ita illa quoque, quæ de non mutanda fide sancita sunt, cunctis ætatibus imperata sint. Adnunciare ergo aliquid Christianis Catholicis,

B 2

præter